Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8378
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ex eo tempore quo dominus percussit
primogenita filiorum ysrahel tam
in hominibus quam in animalibus om
nia primogenita filiorum ysrael
sunt obligata domino et sancti
ficata ut habetur exo. xiii. et in
pluribus aliis locis unde aliqui
cupiditate ducti volebant inde
detrahere utilitatem suam utpote
in primogenito quis cum tonden
do animam offeret illud prohibetur
hic et patet litera et dicit hic
Ra. sa. quod non idem est intelli
gendum de ove quia debebat
offerri cum lana. Si autem aliquid ha
buit maculam i. defectum ali
cuius membri seu aliquam aliam
deformitatem propter quam non de
bet domino offerri cui meliora
sunt offerenda et divinus cultus
veniret in contemptu ex oblatione
talium defectus huius et per
consequens vilium et contemptibilium tale
primogenitum licet poterat comedi
extra templum in opidis et ab in
mundis hominibus sicut et a mun
dis quasi caprea et cervo i. sicut
de illis comederunt homines absque
eo quod hoc faciat inde aliquam ob
lationem domino nec et redemptionem
sic et de istis tamen distinguen
dum est quia si talis macule
inerat primogenito animali a na
tivitate comedabat absque ob
latione vel redemptione aliqua
quia nunquam fuerat obligatum domino
ex quo nunquam fuerat ymolatum. Si
autem post nativitatem super vene
rat et tunc aut erat curabi
lis aut non. Si curabilis debebat
offerri post curationem. Si in
curabilis redimi quia erat obli
gatum domino ante eventum ma

cule et hec distinctio accipitur
per simna Ra. sa. habetur et 12. c. hic so
lum observabis etc. tamquam carnes
talium licite comedantur in opi
dis absque redemptione in casu
predicto propter hoc aliquis forte
posset credere quod eius sanguis
ipsorum esset licitus propter quod hic ex
cluditur specialiter quia nec in mun
dis animalibus erat concessus sed
generaliter prohibitus etc. XVI

Observa mensem hic de
clarant precepta que
ordinant hominem ad
deum ex consideratione temporis. Scien
dum quod tribus temporibus in anno
celebrabant Iudei festa sollempnia
videlicet primo mense festum
pasche propter beneficium egres
sionis de egypto et tercio men
se festum penthecostis propter
beneficium legis date et men
se septimo festum tabernaculorum
propter beneficium conservationis
ipsorum in deserto annis quibus pro
vidit habitantibus in tabernaculis.
Primo ergo agitur de primo festo.
secundo de secundo ibi septem ebdomadas.
3o de tercio ibi sollempnitatem
quoque tabernaculorum. Sciendum
etiam quod de istis festis habentur
plura numeri xxviii et levit. 23
et aliqua hic addunt et ali
qua repetuntur etc. Circa ergo
ad primum festum dicitur Observa
mensem novarum frugum non
quia tunc esset tempus messium sed
quia circa quartam decimam diem
mensis primi in aliqua parte terre
promissionis aliquae fruges ap
propinquabant ad maturitatem
et de illis colligebantur spice
de quibus fiebat manipulus